

MARIA THERESIA DEI gratia Regina Hungaria, Bohemia, Dal-  
matia, Croatia, ac Sclavonia, Archidux Austriae, Nupta Du-  
ce Lotharingia ac Barri, Magna Dux Ferrurie.

Reuerendi, Honorabiles, Spectabiles ac Magnifici, Magnifici item, Egregii et No-  
biles, Fideles nobis dilecti. In Causa itta, quam Vidua Baroniſſa de Talſeimb,  
et Ioannes Iacobus Schober Creditores Hautzenbergeriani contra Viduam  
Baroniſſam de Partenfeld poſt huius in Bonum Königberg vocatum  
reimmiſſionem mouerunt, quale à noſtra Auſtriaco Auſtica Cancellaria  
ſupervenerit Inſinuaturn, qualem item dicta Partenfeldiana Vidua  
nobis exhiberi fecerit Inſtantiam, ex hinc annexis Partibus uberius informa-  
bimini. Cūm porro praſati Creditores Hautzenbergeriani ante aliquot  
abſtine Annos coram Iudicibus Veſtris proceſſerint quidem, qualiter nihilo-  
minus Sententia quam atunc obtinuerunt, poſtmodum ſublata et decre-  
ta Boni in Executionem ſumpti re-executio medio Iudicium Veſtrorum  
in effectum quoque deducta extiterit, ex antea actis Vobis adhuc notum  
eſſe non ambigimus. Proinde Vobis benigne hiſce ac ſerio praſcipimus  
et mandamus, quatenus praſcripta in Causa procedentes Iudices Ve-  
ſtri, fundamento eorum, quae antehac in Causa huius Debiti coram  
iis acta extiterunt, vel etiam ea ratione improbecolationis Debiti  
Hautzenbergeriani durante ſequeſtro apud Vos factae, antelatum Vi-  
duam Partenfeldianam, nullatenus aggravent, vel quoquo modo  
dammificare auſint. Vobis in reliquis Gratiã noſtra Regiã benigne  
propenſas manemus. Datum in Civitate noſtra Vienna Auſtica,  
die Septimã Menſis Februarij. Anno Domini Milleſimõ Septingentõ,  
teſimõ quadrageſimõ primõ.

Maria Theresia

Comes Ludovicus de Batthyany

Petrus Vegl











